

Author: Desbillons

Title: 10.29 Myrtus et Arbor Magna

URL:

https://archive.org/details/bub_gb_15kOAAAQAAJ/page/236/mode/1up?view=theater

Quassata ventorum importunis flatibus
Suadet Colono Myrtus, ipsam ut transferat,
Locetque in umbra vastae et excelsae Arboris,
Sed Arbor illa tanta cum radicibus
Brevissimis hareret in terra sinu;
Simul atque boreas ingruit violentior,
Cadit, ruinaque opprimit Myrtum sua.
Sortem clientum fabula miseram indicat.

Myrtus,
quassata importunis flatibus ventorum,
suadet Colono
ut transferat ipsam
et locet in umbra vastae et excelsae Arboris,
sed illa Arbor tanta
cum hareret brevissimis radicibus
in terrae sinu,
simul atque boreas ingruit, violentior,
cadit,
et opprimit Myrtum sua ruina.
Fabula indicat miseram sortem clientum.

Quassa·ta ven·tor~ im·portu·nis fla·tibus
Suadet · Colo·no Myr·tus, ip·s~ ut trans·ferat,
Locet·qu~ in um·bra vast~ · et ex·cels~ Ar·boris,
Sed Ar·bor il·la tan·ta cum · radi·cibus
Brevis·simis · hare·ret in · terra · sinu;
Simul at·que bore·as in·gruit · violen·tior,
Cadit, · rui·naqu~ op·primit · Myrtum · sua.
Sortem · clien·tum fa·bula mi·ser~ in·dicat.